

Cap. XLI. De hiis qui notantur infamia et sunt infames. R.ca.

Laboribus et studiis maximis providimus quod quicunque latro et fur condemnatus quinquaginta libr. par. et ab inde superius pro furto, et quicunque periurius et falsus testis 5 sint infames et denotati sint infamia, et potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat banitos latrones periurios et falsos testes per ipsum condemnatos tempore sui offitii facere scribi et denotari in capitulario comunis Tergesti de falsis, et hoc sub pena ducentarum libr. par. ¶ Et iuramentum nullius 10 publici infamis recipiatur nisi ad defensionem suam et sui negotii, ad testimonium vero ipse infamis nullatenus admitatur. ¶ Item manutenere aliquid non possit nisi pro suo negotio proprio.

Cap. XLII. De coniugatis qui accipuerint uxorem. Et converso de mulieribus copulatis accipientibus alios viros. 15

143 B **M**andamus quod, si quis forensis haberet uxorem et asseruerit se uxorem non habere, et sic // fraudulenter aliam uxorem civem Tergesti acceperit, reus sit capitis si hoc pro 20 certo fuerit repertum. ¶ Et si esset mulier habens virum et alium virum in civitate Tergesti acceperit, conburatur, si hoc repertum fuerit.

Cap. XLIII. De violentibus mulieres virgines nuptas vel viduas et tenentibus mulieres. 25

Nullus audeat aliquam mulierem virginem Tergesti violententer absque eius consensu et voluntate violare vel habere eam carnaliter, et si contrafecerit, solvat comuni ducentas libr. par. sine remissione. ¶ Et si contrafatiens non habuerit 30 unde solvere puniatur sententia capitali, et nichilominus, si acciperet eam in uxorem, dictas ducentas libr. par. solvere tenea-